

Christo alta voce clamat, ut caput, ac Princeps Apostolorum in conspectu hostilis multitudinis, qui cum antea negaverat coram ancilla, non mirum ostendebatur ibi ardor, ac efficacia gratiae Divini Spiritus, quo agebatur, D. Chryl. homil. 4. in Acta: Id Petrus fecit, ut cognoscerent Spiritus esse gratiam, cum is, qui vilis puella non tulerat per cunctationem, nunc in medio populi cunctis vociferantibus, tanta cum fiducia differat. Theophilus ibi ait: Qui non sustinuerat interrogationem vilis puellae, hic in medio multitudinum ad eadem inclinatarum eam tanta fiducia verba facit.

D. Chryl. Spiritus Sancti gratia reddidit Petrum.

156.

Magis in hujus rei argumentum considera, quod post Resurrectionem apparet Christus suis discipulis: At illi conturbati, & conterriti existimabant se spiritum videre, Luc. 24. numer. 38, & Actor. 1. numer. 5. dicitur, Quibus praeiit se ipsum vivum post passionem suam in multis argumentis, per dies quadraginta apparens, & loquens de regno Dei; Et tamen cum tanta Dei visione, ac allocutione, nullus Apostolorum audebat Christum praedicare, eumque hominibus annuntiare: ast ubi Divinus Spiritus eorum corda inflammavit: Stans Petrus elevavit vocem suam, & loquutus est eis. Quid illustrius Dei visione? quid sublimius, quam Deum proptis oculis aspicere? ejus vocem audire, ac cum eo habere colloquium? Et tamen viso Christo cum gloria ac maiestate resurgente, adhuc timidi discipuli de Caenaculo non exibat; At ubi descendit Divinus Spiritus, & eorum corda implevit, tamquam fortes milites profiliant in campum alta voce coram omnibus Gentibus Christum praedicantes, Guericus Abbas serm. 1. de resurrectione, ait: Apostoli, qui prius dubitabant, etiam post intuitum corporis viventis, post gustum Spiritus vivificantis virtute magna reddebant testimonium Resurrectionis: adeo plus est Iesum corde concipere, quam oculis videre, & auribus de ipso audire.

Luc. 24. Actor. 1.

Plus roboris dicit Spiritus Sanctus, quam Dei visio.

157.

Apparet Deus Moyse in illa admirabili visione, in qua rubus ardebat, & non comburebatur, cum Deus alloquitur, quod ipsum mittit ad Pharaonem ut educat populum Israeliticum de ejus potestate, & introducat in terram fluentem lac, & mel. Multis se excusat Moses, dicens: Quis sum ego, ut vadam ad Pharaonem, & educam filios Israel de Aegypto. Deinde ut Moses quiesceret Divinis mandatis, ei imperat Deus, ut projiciat virgam, quam tenet in manu, in terram, quae versa est in colubrum, & iterum apprehensa virga formam reassumpsit. Deinde praecipit Deus, ut manum suam mittat in sinum, quae exinde leprosa educta est. Secundum imperat Dominus, retrahat manum in sinum tuum, quam sanam, & alteri carni similem protulit: adhuc Moyses non quiescit, & se excusat dicens, non sum eloquens. Tandem, ut ei Deus silentium imponat, ait ei: Ego ero in ore tuo, Exod. 4. numer. 12. Statim ne unum quidem verbum amplius locutus est Moyses, sed statim ad mandata exequenda progreditur. Quid est hoc, quod Moyses vidente Deo, ac ejus locutione, totque prodigiis ostensis adhuc se excusat, ubi verò ei dicitur, quod Deus erit in ore ejus, nempe per gratiam Spiritus Sancti, cujus est linguam mutare, statim ab omni excusatione desistit. Procopius ad cap. 11. Genes. ait: Non Angeli non Creatura: sed Creatoris est novas formare linguas, Spiritus Sancti opus est linguas mutare. Et quod nec Deus apparet, nec ejus miracula, ac prodigia efficiunt, una Divini Spiritus gratia perficit, & absolvit.

Exod. 3.

Exod. 4.

Plus operatur Spiritus Sancti gratia quam Dei visio, ac ejus miracula. Procopi.

QUAESTIO XVIII.

Quare D. Petrus ad Apostolorum defensionem tertiam diei horam esse proponit?

At D. Petrus: Non sunt hi ebrii, ut vos aestimatis, cum sit hora diei tertia. Apud Iudaeos dies duodecim horas continebat, quas in quatuor dividebant, scilicet, primam, tertiam, sextam, & nonam, & unaquaque tres horas in se clauderet; Prima erat ab ortu solis inclusis tribus horis, usque ad tertiam, & haec totidem horas secum involvebat usque ad sextam, quae ad meridianum usque tempus tribus etiam inclusis horis pertingebat, postea vero sequebatur nona totidem horis.

Spiritus Sanctus venit hora tertia, quia in illa hora homines frequenter sunt jejuni, & sensu puriores, aptiores ad recognoscenda, contemplanda, atque recipienda Dei dona; in ea erant Sacri Apostoli in altissima oratione, ut notat Rupertus lib. 10. officior. cap. 18. Et forte lex antiqua fuit data Moyse hora tertia, & in eadem hora venit Spiritus Sanctus ad promulgandam legem gratiae, in quo nobis magnum datur documentum, antiqua non omnino contemnenda, sed quantum fieri possit recolenda, sic ait Christus Dominus non veni solvere legem, sed adimplere. Tandem, ut ait D. Cyrill. Hierosolymit. Catech. 17. Simbolice hora tertia significat dari Orbem tertiam legem, Prima enim fuit lex natura, secunda Moyses, tertia Christi.

Refutat Petrus calumniam adversariorum, qui dicebant ebrii sunt isti quod exinde probat illud esse fallum cum sit hora diei tertia, quia, ut referunt ex Iosepho Baronius, M. Lefana, Iudaei erant soliti, in omnibus festis cibo, & potu abstinere usque ad sextam horam, & illa dies Pentecostes erat maxime festiva, ut dixi q. 1. Deinde testatur Beda. Illa hora tertia erat quotidie maxime destinata orationi apud Iudaeos, sicut nunc apud nos Christianos; mane enim recitamus Matutinum, Primam, tertiam, & sextam, ut advertit citatus Rupertus.

Tertio ex eo probat Petrus fieri non posse Apostolos esse ebrios, quia diei tertia erat hora in ea enim Christus crucifixus est, illamque Sacri Christi Apostoli in memoriam passionis ejus multis lachrymis, ac cordis dolore recolabant, & ex eo fieri non poterat, ut in tali hora ebrietati indulgerent. D. Cyrill. Hierosolym. cath. 17. sic loquitur in nomine D. Petri: Si autem non confiditis mihi, ex ipso tempore intelligetis, verum esse, quod dicitur, hora enim tertia crucifixus est Iesus, ut inquit D. Marc. cap. 15. n. 25.

Scribit Paulus 2. Corinth. 5. n. 14. Caritas Christi urget nos aestimantes hoc, quoniam si unus pro omnibus mortuus est, ut qui vivunt, iam non sibi vivunt, sed ei, qui pro ipsis mortuus est. Arabicus Vi vita vivant non sic post hac sibi ipsis, sic Christus passus, mortuus, & crucifixus pro omnibus nobis proponitur, ut ejus praclarissima Caritas urgeat nos, ut in nobis omnis mundialis, ac terrena vita pereat, ut vita vivant non sic post hac sibi ipsis. Christus passus ante oculos, iam consequens est, ut nullus sibi vivat, sed tora nostra vita sit in Christo, ut ei soli serviamus, extincto, & abolito in nobis omni terreno affectu, cum ipse pro nobis vitam dederit. D. Bernad. epist. 143. Et si ex terra taceam, hoc solo certe non immerito sibi vendicat vita nostra, quia pro ea posuit Dominus suam: nemo igitur sibi vivat, sed ei, qui pro nobis mortuus est. Vide multa de hoc tom. 5. in Evangelia lib. 8. cap. 1. per totum.

159.

159.

D. Cyril.

160.

161.

D. Marc. 15.

162.

2. Cor. 5.

Arabicus.

D. Bernad.

QUAESTIO XIX.

Quare D. Petrus contra hos maledicos aliquam rigidam penam non fulminat, ut fecit Elifaeus contra pueros illudentes, sed modeste cum ratione respondet.

163.

Maligini isti, ac perversi auditores grandem calumniam componunt, & dicunt contra Sacros Apostolos, Ebrii sunt isti: Petrus eorum malitiam refutat, nunc ratione postea auctoritate scripturae, ut videbitur in sequentibus, cur, quaeritur, Petrus non utitur sua potestate, & tam injuriosam blasphemiam graviter punit? Cum pueri illudentes dicerent Elifaeo: Ascende Calve, egressi duo usque lateraverunt ex eis quadraginta duos pueros 4. Reg. 2. n. 4. Gravior calumnia erat ebrios dicere, quam Calvum appellare; Cur ergo similiter D. Petrus tam injuriosa verba non castigat, ut ceteri cautiores fierent, sed dissimulat? Respondet primo Oecumenius, & ait: Ratione illis viam monstrabat ad conversionem, & poenitentiam, Volebat D. Petrus eos adducere ad fidem, ac poenitentiam, ideo non potest, sed forti, atque efficaci ratione alliciebat, quod dicerat Petrus a suo Sanctissimo Magistro Christo Iesu, ut notat D. Paschasius lib. 4. in Mattheum; nam cum superbia Pharisaica multa contra eum blasphemio ore jactasset, ipse non castigacione, sed mansueti, & efficaci verbo confundebat; non potest, sed ratione utendum est; pro quo vide multa in omnibus meis libris in Sybillario verbum Ratio.

4. Reg. 2.

164.

Operandum non potest in, sed ratione.

165.

Secundo Pater Elifaeus punit, Petrus dissimulat, & patienter sustinet; Elifaeus minister ideo rigidus, & austerus; D. Petrus verò Pastor, & praesul, ideo lenis, ac suavis; magis enim trahitur, ac devincitur animo dulcedine, ac affabilitate, quam asperitate, ac rigore. Ostenditur Iohanni in Caelo liber signatus sigillis septem, & nemo poterat aperire librum, clamant Angeli: Vicit leo de tribu Iuda; & tamen scribitur: Et in medio throni sedet ut Agnus, nam et si habeat potentiam, & fortitudinem, ut Leo, tamen in throno ad regendum, ac gubernandum est mitis, & lenis, ut agnus, & non aperit librum, ut leo, sed, ut Agnus, plus enim devincitur, ac obtrinetur suavitate atque mansuetudine agni, quam asperitate, & ferocitate Leonis. Richardus Victorinus, sic ait: Redemptor est Leo per potentiam Majestatis; Agnus per mansuetudinem, Leo fortitudine, Agnus pietate, Leo in promissione, ut spes firma se roborat; agnus exhibitione, ne parvula conscientia formidaret, quem videlicet vidit in medio throni.

Richard.

166.

Fecit Rex Salomon Thronum admirabili dispositione fabricatum, ut de illo dicitur: Non est factum tale opus in universis regnis, ad cuius ascensum ordinati erant sex gradus, & duodecim leventuli stantes super sex gradus; hinc, atque illinc.

3. Reg. 10.

2. Paral. 9.

A Regis furor abigitur, & benignitas amplectitur. Iosephus, Strabo, Sallianus.

bet pedibus conculcare ac conterere furorem, rabiemque Leonis, in corde verò patientia brachiola ad omnes amplectendos benigne, ac clementer fovendos, ac recreandos.

Actor. 2. n. 16. Sed hoc est, quod dictum est per Prophetam Ioel.

N. 17. Et erit in novissimis diebus (dicit Dominus) effundā de spiritu meo super omnem carnē, & prophetabūt filii vestri, & filiae vestrae & juvenes vestri visiones videbūt, & seniores vestri somnia somniabūt. N. 18. Et quidem super servos meos; & super ancillas meas in diebus illis effundam de spiritu meo, & prophetabunt.

VERSIONES. Oecumen. n. 16. Hoc dictum fuit: Syrus n. 7. ostendam spiritum meum super omnem carnem, & vaticinabuntur. Arabicus. Supra omne animal. Antioch. Inundare faciam spiritum meum super universos homines. Arabi. Alexandr. Inundabo de spiritu meo super omnes homines. Chaldaic. Septuag. n. 18. Etiam super servos & ancillas effundam de spiritu meo.

EXPOSITIO X.

Vers. 16. & 17. Refutat D. Petrus calumniam impiorum, ac maledicentium testimonio Ioelis. Peopheta 2. n. 28. Postquam egit de Christo D. omnium supremo Doctore n. 23. agit de adventu Spiritus Sancti, & ait: Effundam de spiritu meo. Illud effundere significat dare cum magna abundantia, ac largitate, & ita vertit Antiochenus inundare faciam, quod indicat multam exuberantiam de spiritu meo, qui a Patre, filioque procedit, quae missio peculiariter videtur referri ad Christum; de ipse enim ut omnium Doctore agit Propheta, ut notant Expositores, Cornelius, & alii ibi.

Super omnem carnem. Per Synecdochen intelligitur homines. D. Chryl. solos Iudaeos intelligit, tamen apertius D. Hieron. Theodoret. Albertus Mag. intelligunt omnes homines tam Iudaeos, quam gentes, & in hoc ostenditur suprema Divinitas Spiritus Sancti, qui ad omnes extendit dona sua, & nemo excludit, & cum multa energia dicitur super omnem carnem, ut advertit Rabbi, Rabbi, Salan. & Lyra, super illos venit Spiritus Sanctus, qui habet cor tenerum ad modum carnis, & non obduratum in peccatis tanquam lapideum. Inde dicit Deus per Ezechielem 11. n. 9. Auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum.

Et prophetabunt filii vestri, & filiae vestrae, ut fecerunt Sacri Apostoli, Beata Virgo Luc. 1. n. 46. Elizabeth. Luc. 1. n. 38. Zacharias, Simco Anna prophetissa Luc. 2. n. 29. & 36. & quatuor filiae Philippi Diaconi prophetatae Actor. 21. n. 9. & Agabus ibid. n. 10. & Ioannes in sua Apocalypsi, & multi alii in primitiva Ecclesia, de quo multa Rozius de signis Ecclesiae lib. 6. cap. 12. considera magnam, & altam prudentiam Petri, ut ex dono ac honore exhibitio filiis alliciantur Patres ad credendum ea quae dicuntur.

Senes vestri somnia somniabunt, & juvenes vestri visiones videbunt. Senibus, ut pote aetate fessis in somnum propensis, tribuit somnia; at vero juvenibus excitatis, & vigilibus visiones, quae in vigilia sunt Deo, sua infinita sapientia se Deus accommodat uniuscuiusque genio. Revelationes Divinae fiebant, vel per viosines, vel per somnia, quia tunc sensus ma-

167.

Ioelis 2.

Antioch.

Corneli.

168.

D. Chryl. D. Hier. Theod. Albertus Magnus.

Lyran.

Ezech. 11.

169.

Luc. 1.

Luc. 2.

Actor. 21.

Patres mae.

xine alliciantur hor.

nores filiorum.

170.

Deus se accommodat genio uniuscuiusque.

gis placati, & quieti sunt ad divina percipienda juxta illud Moyſis Num 12. num. 6. ſi quis fuerit inter vos Propheta Domini in viſione apparebo ei, vel per ſomnium loquar ad illum.

Num. 12. 177.

Verſ. 18. Super ſervos meos, & ancillas, Chaldaeus habet, Etiam ſuper ſervos, & ancillas, Deus, ut dicitur Roman. 2. non eſt acceptator perſonarum; ſed in omnes, ſive Dominos, ſive ſervos effundit, & communicat dona ſua, D. Cytill. Ieroſolym. Cathed. 17. Rufinus à Caſtro, & alii, per ſervos, & ancillas accipiunt gentiles; nam in lege veteri Iudæi erant tanquam Filii Dei adoptivi, gentes quaſi ſervi, ſed per Chriſtum in filios ſunt adoptati. Ita Rupert, Hugo Sticher, & alii, Moraliter etiam dicam eſſe ſervum Dei eſt quid valde honoroſum, & honorificum de quo multa dixi ad cap. 1. Apocalypſ. q. 5. n. 33. 34. & q. 5. n. 64. & cap. 5. q. 25. n. 227.

QUÆSTIO XX.

Quare D. Petrus ad confutandam calumniam in quoram, nunc poſt rationem ſcripturam proponit?

178. Argumentum eſt eorum non ratione, ſed ſcriptura. Theoph.

Efficaci ratione refutavit D. Petrus objectam calumniam, quod Apoſtoli ebrii eſſent, quia fieri non poterat cum eſſet hora diei tertia; Nunc efficaciter argumentatur ex Sacra Scriptura, quod eſt omnium fortiſſimum telum ad omnem falſitatem detruendam Theophilact. Cum igitur aliqua quaſtio eſt inexplicabilis ne conſugias ad rationes; rationes enim excogitæ tam evertuntur, quam approbantur, ſed Dei vocem quis ſolvit. Ratio ſolvitur, ſcriptura non ſolvitur.

179.

Accedit Diabolus ad Chriſtum Dominum tentandum, & ſemper producit rationes miracula exquirens: Si Filius Dei es; dic ut lapides iſti panes fiant. Math. 4. num. 3. Secundo ait Diabolus, ſi Filius Dei es mitte te deoſum, Angelis ſuis mandavit de te, in manibus portabunt te. Tertio, accedit oſtendens omnia regna mundi, dicens: Hac omnia tibi dabo ſi cadens adoraveris me. At Chriſtus D. inimici protervi tela ſemper repercuſſit Scripturæ Sacræ teſtimonio: Non in ſolo pane vivit homo, non tentabis Dominum Deum tuum, Dominum Deum tuum adorabis: Quid eſt quod Chriſtus Dominus Dei ſapientia argumentans, Diabolus opponens rationes, cur eas aliis rationibus non diluit, ſed ſcripturæ gladio eum comprimit; ſciebat præclariffimè Chriſtus Dominus quod frequenter maxime à malignis contra rationes, rationes opponuntur, at contra teſtimonia ſcripturæ comprimendum os, & ſolum illi auſcultandum, atque obtemperandum. Caietanus ait: Ut dicamus arma noſtra eſſe Sacras Scripturas; nulla enim poterit nos ſuaſio ad malum trahere, ſi conſuleris Sacris Scripturis actiones noſtras, & omiſſiones direxerimus.

Math. 4.

Chriſtus defendit non ratione, ſed ſcriptura. Caic.

180. s. Petri. 1.

Ait D. Petrus ſua 2. epiſt. cap. 1. num. 19. quod eum eſſet cum Chriſto D. in monte in illo Tranſfigurationis Myſterio, audivit illam vocem è Cælo allatam ab æterno Parente. Hic eſt Filius meus dilectus, ipſum audite, & ſubdit, habemus firmiorem propheticum ſermonem, quomodo hoc dicitur, poteſt ne aliquid eſſe fortius, quam ipſa Æterni Parentis vox, quomodo ait Apoſtolus, habemus firmiorem propheticum ſermonem. Et nil ſane verius, ac fortius, quam illa cœleſtis vox, & contra teſtimonium poterat aliquis dicere, quod Petrus non bene audivit, nec bene referebat; At contra propheticum ſermonem, ac ſcripturam nihil poterat

oblarrari, nec contradici. D. Auguſtinus ſerm. 27. de verbis Apoſtol. cap. 4. ait. Quis noſtrum non miretur delata voce de Cælo certiorum propheticum ſermonem ab Apoſtolo dictum eſſe? Certiorum eſſe dixit, certiorum, non meliorem, non veriorum. Tam verus ille ſermo de Cælo, quam ſermo Propheticus, tam bonus, quam utilis; quid eſt ergo certiorum, in quo magis confirmatus Auditor, quare hoc? Quoniam ſunt homines infideles, qui ſic detrahunt Chriſto, ut dicant eum magicis artibus feciſſe, quæ ſerui: poſſent ergo infideles etiam iſti ad vocem de Cælo delatam per conjeſuras humanas, illicitas non curioſitates ad magicas artes referre, ſed Prophecia ſcripturam, antea fuerunt, non dico antea ante ſtam vocem, ante Chriſti carnem; nondum erat homo Chriſtus, quando miſi Prophetas, Ecce quare Apoſtolus Petrus ait habemus certiorum propheticum ſermonem. Vox de Cælo; qua fideles admonentur, propheticus ſermo, quo fideles vivificantur.

Aliquid contra verba opponitur, non contra curioſitates ad magicas artes referre, ſed Prophecia ſcripturam, antea fuerunt, non dico antea ante ſtam vocem, ante Chriſti carnem; nondum erat homo Chriſtus, quando miſi Prophetas, Ecce quare Apoſtolus Petrus ait habemus certiorum propheticum ſermonem. Vox de Cælo; qua fideles admonentur, propheticus ſermo, quo fideles vivificantur.

Similiter Beda ait: Si quiſpiam noſtro teſtimonio diſcedendum putaverit, quid in ſecreto gloriam Redemptoris noſtri conſpeximus dicentem, quod vocem Patris ad eum factam audivimus; certe ſermoni propheticum nemo contradicere; nullus hoc aubere audebit, quem Divinis ſcripturis ſanctum inſerunt omnes verum eſſe teſtantur. Similiter Occumenius, ſi quiſpiam malignus de ſermone, ac teſtimonio Petri audeat detrahere; nullus audebit contradicere teſtimonio propheticum.

181. Beda.

Ait Chriſtus D. Ioan. 5. n. 39. Si crederetis Moysi, crederetis Joſuam & mihi, de me enim illo ſeruiſti, idemque eſt ienſus, quia non creditis Moysi, mihi non creditis: Ecce hic Chriſtus D. prius credita teſtimonia tribuit verbis ſcripturæ, quam verbis ſui ipſius; nihil verius poterat excogitari Chriſti verbis; cum enim ipſe ſit iſemet Deus, eſt ipſe pura veritas, in cuius ore non eſt inventus dolus; tamen, ut dixerunt perſidi Iudæi: Tu teſtimonium das de te iſo, teſtimonium tuum non eſt verum; At verba ſcripturæ contemneret, ac refutare, nullus erit tam fatuus, tamque mentis inops, qui hæc audeat facere, Theophylact. ait: Si ſcriptis non creditis, quomodo verbis meis creditis.

182. Ioan.

Plus referuntur ſeruiſti, quæſti verbis.

Et dabo prodigia in Cælo ſuſum, & in terra deoſum, ſanguinem, & ignem, & vaporem fumi.

Et convertetur in tenebras, & Luna in ſanguinem, antequam veniat dies Domini magnus, & manifeſtus.

Et erit: omnis quicumque invocaverit nomen Domini ſalvus erit.

VERSIONES.

Syrus n. 19. Dabo virtutes ſuper terram.

Arabicus. Dabo portenta, & atritatem fumi.

Aethiopicus. Dabo miracula in terra.

Syrus n. 20. Sol convertetur in caliginem, &c. dies magnus, & tremendus.

Aethiopicus. Sol obſcurabitur, & Luna fiet ſicut ſanguis, &c. & dies Domini glorioſus, & horribilis.

Syrus n. 21. Nomen Domini uniet, Vatabl. ut ſervetur. Alij erit illuſtris.

EXPOSITIO XI.

Verſ. 19 & 20. Abo prodigia, ut tenent Origenes in Ioan. & Cardinal. Hugo hic

Amon.

hic prodigia vocantur, quæ præter opinionem ſunt, & humanam conſuetudinem excedunt. Amonius verò in Catena græca, illud dicitur ſignum, quod aliquid ſignificat, & oſtendit maxime futurum. Tamen apud Authores hæc duo confunduntur; & idem ſignificant. In cælo, nempe Sol convertetur in tenebras, & Luna in ſanguinem, & addit etiam Textus. Et terra in ſanguinem, & ignem, & vaporem fumi. Ad quæ hæc referantur variæ ſententiæ, probabilis ad diem iudicii, quæ ſigna latiffimè explicavi tom. 4. in Evangelia cap. 50. per 26. quaſita, & de his, ac coherentia textus ad præſens dicam quaſtione ſequenti 20. & 21.

184.

Verſ. 21. Et erit in illo, nempe die iudicii, ac horrore, & tremore tantorum ſignorum præcedentium Omnis quicumque invocaverit ex toto corde, ac fide, ſive verbo, ſive opere prædicando, ac docendo nomen Domini, nempe ejus potentiam, virtutem, atque adjuvamen, hæc omnia veniunt intelligenda ſub Dei nomine, ſic ait ſanctiſſima Virgo, Feci mihi magna qui potens eſt, & ſanctum nomen ejus. Luc. 2. 1. Salvus erit, nempe ab omni malo, & vitam æternam aſſequetur; Invoca me in die tribulationis, eriam te, & honorificabis me. Pfalm. 49. num. 15. Et ratio eſt, quia invocatur Deum; Dei potentiam fatetur, & ſuam agnoſcit inopiam.

Pſal. 49.

QUÆSTIO XX.

Quare poſt varias expoſitiones circa literam textus Ioelis, ultima de finali iudicio amplectitur?

185.

Rabbini.

Circa expoſitionem Prophetæ Ioelis capite ſecundo quam in præſenti referret D. Petrus, variæ ſunt ſententiæ. Primo Rabbini dicunt hæc prodigia facta eſſe tempore Ezechia Regis, quando Angelus Domini percuffit in ejus exercitu Sennacherib 180. millia hominum; hoc tamen eſt fictitium; nam nec Iſeſephus, nec alius antiquus Author de talibus prodigiis meminit.

186.

D. Hieron.

D. Remi.

Hugo.

Secundo jam ex Catholicis D. Hieronymus, D. Remigius, & Hugo hæc de tempore Chriſti exponunt, & tunc talia prodigia facta ſunt, nam in ejus nativitate Angeli canunt gloriam, Stella Magos ducit, in ejus morte Sol obſcuratur, è latere ejus fluit Sanguis, & aqua, quæ ignem charitatis in diſcipulis accendit, & hæc omnia facta ſunt ante diem Reſurrectionis, qui fuit dies horribilis Iudæis, & in die Pentecoſtes Spiritus venit in igne, & ideo D. Petrus in præſenti hanc prophetiam referret; & hanc ſententiam ſequitur Sanchez, eſtque probabilis; tamen non adæquate, ac plane explicat omnia, maxime quiſnam ſit ille dies Domini magnus, & horribilis, & multa exponit in ſenſu allegorico, nos autem ſenſum literalem quaerimus.

187.

D. Chryſ.

Occumen.

Lorin.

Bardo.

Tertio D. Chryſoſt. Occumenius, Lorinus, Bardo in Ezechiel. capite decimo verſ. 1. exponunt locum Prophetæ de deſtructione Ieroſolymis per Titum, ubi multum ſanguinis Iudæorum effuſus eſt, templum, civitas, & omnia combuſta ſunt; redactaque in fumum, & in cineres; tamen illa prodigiola ſigna in Sole, & Luna non legitur ibi facta.

188.

Quarta, & vera ſententia tenet, quod Prophecia ad literam loquitur de ultima die iudicii; nam poſtquam Propheta ſecum ſuis ſignis de Sole, & Luna terminavit caput ſignificandum, ſtatim incipit: Caput Tertium num. 1. & 2. Ecce in diebus illis in tempore, de quo immediatè antea locutus fuerat: Congregabo omnes gentes, & reducam illas in Vallem Iſaſaph, & diſcepiabo cum eis. Ecce dies magnus, &

Ioel. 2.

Ioelis 3.

horribilis, quem talia ſigna præcedunt, ut prædixit Chriſtus D. Matth. 24. num. 29. Luc. 21. num. 15. Erunt ſigna in Sole, & Luna, nam Sol obſcurabitur, Luna non dabit lumen ſuum, Stella de Cælo cadent, Luna tunc veretur in ſanguinem Iſai. 24. num. 23. multus ſanguis Sanctorum Martyrum cum SS. Elia, & Henoch effunderentur ab Antichriſto Apocalypſ. 11. n. 7. & ipſe Antichriſtus contere nabit civitates, Cuius fumum viderunt amici ejus, Apocalypſ. 18. n. 9. & ut ait Apoſtolus Petrus epiſt. 2. cap. 3. n. 7. poſt die iudicii: Omnia iſta igne conſumentur ſunt. Hanc ſententiam, ut valde communem, tenent Tertullianus, Lib. 4. contra Marcionem cap. 39. Origenes tract. 30. in Math. D. Thomas in cap. 24. Matth. & ad citatum locum Ioelis Theodoretus, Rupertus, Lyrus, Vatabl. Arias, Ribera, a Caſtro, Cornelius, & D. Chryſoſt. in Acta in præſenti.

Math. 24. Luc. 21. Iſai. 24. Apoc. 18. Petr. 2. Tertull. Origen. D. Thom. Rupert. Lyrus. Vatabl. Arias. Ribera, a Caſtro. Cornel. D. Chryſ.

QUÆSTIO XXI.

Quare D. Petrus in die tam feſtivo, ac ſolemni commemorat diem iudicii univerſalis?

190.

Superiori quaſtione locum Ioelis in præſenti adductum à D. Petro, de exiremo, ac horrendo finali iudicio expoſuimus, & exinde magna ſuboritur dubitatio: Cur à Principe Apoſtolorum, in die tam feſtivo, ac ſolemni, mentio fit de tremendo iudicio finali?

191.

Reſpondeo primo, quod eſt alta, & ſuprema ſapientia Divina, quod ſemper in memoria, ac ante oculos in omni feſtivate habemus extremum diem iudicii. In ſolemni, ac glorioſo die Aſcenſionis Chriſti duo Angeli in veſtibus albis pro tanta feſtivate Sacris Apoſtoliſ adſtitere, qui & dixerunt eis: Hic Ieſus qui aſſumptus eſt à vobis in Cælum, ſic veniet, quem admodum vidisti eum euntem in Cælum. Act. 1. n. 11. Expende illud ſic veniet, nempe ad iudicium finale, ut eſt omnium interpretatio, & cur ipſum iudicium commemorant; ne tanta feſtivate periret ſine illius diei memoria.

192.

Secundò, ut ipſe D. Petrus teſtatur Act. 10. n. 42. dicens: præcepit nobis prædicare populo, & iſtificarit, quia ipſe qui conſtitutus eſt à Deo iudex vivorum, atque mortuorum. Et D. Petrus, ut præſtantiffimus Chriſti diſcipulus, & caput Eccleſiæ, omnibus præbens exemplum ſtatim in prima concione adimplet Domini mandatum prædicans, & teſtificans populo ejus ſupremam poteſtatem iudicariam.

Petrus exequitur. Magiſter mandatur.

Tertiò, altiffima, & ſuprema ratione ſe agit D. Petrus in hac re, tanquam ſi dicat: O Iudæi hodie advenit Spiritus Sanctus in igne ad inflammanda corda fidelium, eaque implenda omnium cœleſtium donorum abundantia, qui eum tanquam fideles verè recipiunt ejus mandata exequentes, tamen ſcietore, quod, qui ejus mandata contemunt, & non recipiunt, duriffimum ejus iudicium finale experientur, magnis prodigiis ipſos damnando ad ignem æternum quod facit Apoſtolus, ut iudicio finali ipſi contremiſcant, & convertantur; Quis audito horrendo iudicio finali non timeat, & ad meliorem frugem ſe recipiat?

193.

Scribens D. Paulus ad Corinth. epiſt. 1. cap. 4. n. 5. videns eos à via Domini declinantes; & peccatis indulgentes, ait eis. Quid vultis in virga veniam ad vos! B. Paulus flagrabat charitate, ac ſumma indulgentia in ſuos diſcipulos, ut diceret Omnia ſuſtineo propter electos, quomodo ergo virgam minatur? & unde illi virga? ipſe non erat Prætor, nec Conſul, nec iudex, unde ergo illi virga; Erat admonitio iudicii venturi, quæ tanquam rigida

194. 1. Cor. 4.

Iudicii memoria reus. camur ad bonum.